Digitized by Google

ORATIO

P. Io. Policarpi Sicenſis: Dalmate Calaguritani: ad
Sereniſſimam Ioannam Reginã utriuſq; Sicilie:
Pro eius ad Sulmonenſes aduẽtu feliciſſimo
habita Sulmone: In templo diui pa
re aligere: & opuſculum
de retrogradi natura
Carminis.

M. D. xiiii. Die. xii. Iulii.

Cognomen policarpus erat: non barbula uat[illegible]
Pompilius: quidam quod tribuere ſibi.

P. Io. Policarpus : Sicenſis : dalmata : calaguritanus :
Antonino uiuaie : parnomitano : ceſarei : pontificiiq;
iuris : doctori celeberrimo : glorioſiſſime Ioanne : utri
uſq; Sicilie Regine : primi Ferdinandi Regis partheno
pes conſortis pudiciſſime : auditori clariſſimo : ſalu/
tem . P . D .

¶ Habes Antonine doctor clariſſime : ac uirtutum cul
men orationem tui policarpi : que tua auctoritate auſpi
cata eſt principium ante conſpectum Sacre maieſtatis :
glorioſiſſime Ioanne regine utriuſq; Sicilie : primi po/
tentiſſimi regis Ferdinandi conſortis clariſſime :pro illi
us ad ſulmonenſes aduentu feliciſſimo: huius te cenſo
rem & iudicem delegi : pro quo me tibi dedo : & ut
pauper uates :quum mihi nō ſit aliud niſi carmen quod
te perpetuum reddat qui nec aliud abingeniis quum in
gennus ſis : exoptas:hanc : & ipſum tibi promunere
mitto : Vale.

Virtutum ſplendor:legum moderator:& uſq;
Sidera per ſplendens:moribus egregiis
Antonine : precor : uiue uirtutis imago
Viuaieq; tue : gloria : ſtirpis : honos:
Accipe qui ueniūt regine ex arbore fructus
Ante euum genitos germine ſtellifero
Ambroſiam ſapiunt ſapient opobalſama ſemper
Sunt quibus ex omni gente triumphus erit.

Digitized by Google

ta extorſit ſuis pluuia impetrata quū ſiti laborarēt: quid apud mortales mirabilius: quid clarius quid euidētius ſanctitate tanti regis: parentis clariſſimi: tue maieſtatis eſſe potuit: quem facile ſequeris tuis & tu ſanctiſſimis moribus: Teſtis eſt potentiſſimus tue olim conſors maieſtatis: Ferdinandus primus. citra pharum Sicilie Rex: quem ſauromata nouit: parthus coluit: tarraco obſeruauit: luſitanus amauit: maurus timuit: betis expauit ad extremum orientis & indus timuit: cui quis ingenii acrimonia: conſultandi preſtantia: & in adminiſtranda iuſticia preſtiterit: profecto nullus eſt: uel rarus: at quid de illo potenteſſimo totius terrarum orbis regum. T. M. germano referam utriuſq; regis heſperie: quo nemo innocentior: nemo integritate melior: nemo in omnes clementior: nemo in malos ſeuior extat: acerrimmus uiciorum pro pugnator omnium: criſtiane fidei: alter ſcipio & pater: & propugnaculum: in omnes hoſtium inſidias cuius poſtremo continentia: & in omni re modeſtia tanta extat ut cum omni antiquitate de temperantie ac omnium uirtutum laudibus certare poſſit: obeatum terrarum orbem: ofelices populos: ofeliciſſimos omnes deniq; mortales ſi diu tam glorioſiſſimum regem nobis fata ſeruabunt non ulla mala nos prement: non bellis acerrimis agitabitur terrarum orbis: non ad ſummam ruinam collabentur populi: pacati quieta uita: tante prudentie: tanta integritatis & tāte fidei apud omnes extat ut quicquid iudicet id eſſe uerum abomnibus affirmetur uiden tante regis prudentiam: meliores deterioribus: ſapienciores imperícioribus: doctiores indoctoribus imperare iubet: bonorum emulus: malorum flammeus enſis eſt

Diuinitas ſereniſſimi Ioānis aragonū regis

Laus primi ferdinandi Regis.

Laus hyſpanie Regis.

Digitized by Google

ofelicem tanto : tamq; clariſſimo Rege Aragonum do
mum popularem turbam colit : atq; ita plurimi facit:
ut chariſſimus omnibus : atq; gratiſſimus habeatur ſu
is in iurias inferri non patitur : nec illatas aſperni ui
deri uult ſanctiſſimos gerendis magaſtratibus preficit
urbes : & oppida bonis artibus excollit : uulgus: tur
bamq; popularem non uult preter fas : iuraq; publi
ca male uexari : leges iuſtas & interſe conſentaneas:
regniq; ſui moribus accommodatas inſtituit: lites om
nis : ac controuerſias : ſique eueniunt funditus tollit
ut ſub eo aurea ſecula mortalibus rediſſe quiſq; putet
teſtis eſt . T . ſanctitatis : prudentie : temperancie : for
titudinis : iuſticie : clementie : fidei : ſpei : & caritatis
illud omnium uirtutum rarum exemplar Sereniſſima
Ioãna filia tua ſecundi Ferdinandi : glorioſiſſimi Re
gis Sicilie conſors clariſſima : quam uniuerſus terra
rum orbis unicam fenicem admiratur : q̃ prudens eſt
inconſiliis q̃ conſtans in diſpoſitionibus : q̃ grauis er
ga ſubditos : q̃ larga quum neceſitas poſtulat : q̃ tri
ſtis quum ſeueritas poſcat : de qua quid aliud dicam:
niſi ꝙ prudentia : & omnis ſanctitas ſibi cedit : o bea
tam matrem dignam tali filia : o feliciſſimos parentes
qui talem & tantam genuere ut ſpes : & ſalus diu ui
cturam ſibi ipſis qua facilius mortalibus ſuccurrere que
ant domicilium elegerint : quibus omnibus liquido pa
tuit q̃uis in omnes : inte tamen una ſacra maieſtas uer
bum chriſti uerum inſpici : ꝙ uidelicet bona ar
bor bonos producat fructus : preter ea que diximus
es tu animo infracto : atq; inconcuſſo : que nullis per
turbationibus cedas : ſed omnes animi motus: fortiter:
conſtanterq; modereris : hec ſe non armis: non ſateliti

Optimi regis natura.

Laus sereniſſime Ioãne regine filie.

bus: non muro uallari cupit o ſulmonenſes omnium ueſtrum regina immo parens mihi credite: ut uobis omnibus prodeſſe poſſit: ſed amicorum uirtute: ciui um beniuolentia & proprio ingenio: ſuiq; corporis cu ſtodiam tutiſſimam arbitratur uos ipſos eſſe iunctiſſi mos fide: atq; beniuoleutia quos omnibus rebus an te poſuit: & quid referam: de bonorum & clariſſimo rum inclite in ſe caſtriote domus Principum ſocietate: illuſtris tripalde principis Alphonſi: qui adeo bonis diſciplinis mentem appulit ut undiq; uirtutē ſpretam ad lucem a tenebris reuocauerit: ut alter mecenas uatū: ditabat ceſar uates: ditat & ipſe miſerum fautor: amo re & pietate complectitur omnes cum ſuo generoſiſſi mo germano Ferando peſti principe clariſſimo: atq; humanum cunctis ſeſeq; beniuolum preſtat: ut ediui no ſtemate/ quales ſunt eregio prodierint: chaonium genus inclytum: illa precipue utriuſq; principis germa na Ioanna conturbernio: pudicia: & uite ſanctimonia tante regine dea: & exemplar: quid de ſua liberalita te ac munificentia: in bonos quoſq; dicam que pecuniā ut lutum exiſtimat beatos uos ſulmonenſes: feliciſſi mos populos ſibi ſubditos: quibus contingit a ſapien tiſſima regina: celicolum parente gubernari facile et enim eſt diuinis inſtructam: & bene conſtitutam mētem terrena moderari: quibus omnibus sereniſſima maie ſtas optimi omnes: & homines doctiſſimi ſplendidiſſi mum teſtimonium perhibent: nihil eſt ueritate: nihil religione: nihil pietate apud te antiquius que prediui nis preceptis: & inſtitutis reliqua omnia: & momenta nea cenſeas: & fragilis: & caduca: quis te igitur non merito amet: colat: obſeruet: & ueneretur: que ſis uelu

Laus caſtri ote domus clariſſime & illuſtriſſimi alphonſi tri palde prin cipis & fer randi incli ti peſti com mitis.

Digitized by Google

al ſimulacrum perfecte abſoluteq; uirtutis : inter mor
tales : que quidem omnia quum tue maieſtatis fideliſſi
mi ſerui ciues ſulmonenſes: ſecum ipſi con ſiderent : tan
ta perfunduntur animi uoluptate ut pre nimia leticia uix
ſint apud ſe: deo maximo optimo gratulantes. ꝙ. illis te
tam clariſſimorum morum & tot tantarumq; uirtutum
reginam : dominam immo parentem dederit: ꝙ ꝗ illos
uiſere dignata ſis: queq; huius tue urbis ſulmonis: ꝗuis
hac ipſa : alie plures non inferiores ſint tue maieſtati te
Laus ſulmo nis. principiſſam deligi uolueris: tue urbis ꝑfecto ſulmonis
uetuſtiſſimi troianoꝝ operis peligne gentis ſulmo tuus
ſacra maieſtas laus eſt terraꝝ orbis ſpeculū ouidio Vate:
emporiū tui regni clarſſimis ciuibus quos eſſe tales neceſ
ſe eſt: qualem habeāt & Reginā illuſtriū moꝝ parentem:
& inclyte uirtutis exēplar: tuo ſulmoni eſt nobile ſolum:
aer ſaluberimus: animoꝝ magna fecūditas: ingenioꝝ iu
diciū armoꝝ uirtus: reꝝ copia: liberi patris cū cerere cer
tamen: ut hūane uoluptatis ſolaciū eſſe uideatur: gelidis
aquis ꝓcipue: ambroxio nectare: narciſio croco: ac oſtreo
bombice: hāc urbem tue maieſtati: trado hāc cōmendo:
hāc ſuſcipe huic faue his oībus iube: impera: hos oēs tue
maieſtati ſerua fidiſſimos hii enim animū tuū nō corpus
elegerūt te ꝑpetuā cupiētes: te duce: oīa ſeria: cūcta grauia
& quaſi ipſa. R. pub. iubeat nobis augurāda ſunt oium
in hoc ſacrario ſentētia eſt: ſereniſſima maieſtas dii te diu
nobis & toti mūdo feliciſſimā ſeruent uiuas & annos ne
ſtoris: dū enim nobis es ſpes eſt: ꝙ oībus quaſi ma[illegible]
ſulas: nihil a te immaturū: nihil perpeꝝ: nihil aſpeꝝ for
midandū eſt: quare tum pro his oībus tum ut uideamur
tue maieſtatis fideliſſimi ſeruuli : uti ſumus : fuimus:
& erimus : nos & natinatorum & qui naſcentur ab illis

Digitized by Google

uertendo fiat prima ſillaba cum duabus breuibus pri
ti dactili cuius prima fiat ceſura: Ex tertio ſpondeo &
quarto: ex quinto dactilo ſoluto qui erit primus impen
tametro: ſextus ſpondeus: uel trocheus qui erit ultimus
in exametro in uerſo: pentameter rectus ex primo dactilo
ſoluto qui erit quintus in exametro in uerſo ex ſecūdo
dactilo inſoluto: cum ceſura: & ex duobus dactilis deſi
nentibus ut plurimum in uocalem: hoc patet his carmi
nibus ex recto & inuerſo interiectis negationibus: que
tibi dat/mea mens/non clyo: carmina/ ſplendor ſuſcipe
nunc cythare te rogo pyerie Verte: Aliud carmen: pau
peries fera: non libertas: uiuere cogit: ſordide: te fatum:
non tua fragilitas Verte: et: ſtude: hec erunt. tibi. & ioco:
& utilitati candide lector.